Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

rauerunt ei omnia quae accidissent sibi dicentes. Locutus est nobis dominus terrae dure
et putauit nos exploratores prouinciae. Cui respondimus. Pacifici sumus. nec
ullas molimur insidias. Duodecim fratres uno patre geniti sumus. unus non est super.
minimus cum patre uersatur intra chanaan. His dictis cum frumenta ef
funderent singuli. repperrerunt in ore saccorum ligatas pecunias. exterritisque
simul omnibus. dixit pater iacob. Absque liberis me esse fecistis. Ioseph non est super.
symeon tenetur in uinculis. beniamin aufertis. In me haec omnia mala
uenerunt. Cui respondit ruben. Duos filios meos interfice. si non reduxero
illum tibi. Trade in manu mea. et ego eum restituam. Ait iacob. Non descen
det filius meus uobiscum. Frater eius mortuus est. et ipse solus remansit. Si quid ei
aduersi contigerit. in terra quam pergitis. deducetis canos meos cum dolo
re ad inferos. Interim fames omnem terram uehementer premebat. consumptisque
cibis quos ex egypto detulerant dixit iacob ad filios suos. Reuertimini.
et emite nobis pauxillum escarum. Respondit iudas. Denuntiauit nobis
uir ille sub testificatione iurandi dicens. Non uidebitis faciem meam. nisi fratrem
uestrum minimum adduxeritis uobiscum. EVGA. Inclinauit se ihesus scribebat
in terra si quis sine peccato est mittat in eam lapidem. Dominica in media .xl. ad
R. Audi israel. EVGA. A. Nemo te condempnauit mulier. nemo domine nec ego
te condempnabo iam amplius noli peccare. INVIT. Populus domini et oues
pascue eius uenite adoremus deum. Venite. In manu tua. Viuo ego. Aduenerunt nobis

Moyses pascebat oues iethro soceri sui. sacerdotis madyan. Cumque
minasset gregem ad interiora deserti. uenit ad montem dei oreb.
apparuitque ei dominus in flamma ignis de medio rubi. et uidebat quod rubus
arderet et non combureretur. Dixit ergo moyses. Vadam et uidebo uisionem hanc
magnam. quare non comburatur rubus. R. Locutus est dominus ad moysen dicens
descende in egyptum dic pharaoni ut dimittat populum meum induratum
est cor pharaonis non uult dimittere populum meum nisi in manu forti.
V. Videns uidi afflictionem populi mei qui est in egypto et gemitum eius au
diui et descendi liberare eum. Induratum. Cernens autem dominus quod pergeret
ad uidendum. uocauit eum de medio rubi et ait. Moyses moyses. Qui
respondit. Adsum. At ille. Ne adpropies inquit huc. Solue calciamentum de pe
dibus tuis. locus enim in quo stas terra sancta est. Et ait. Ego sum deus patris tui. deus abraham.
et deus ysaac. et deus iacob. R. Stetit moyses coram pharaone et dixit

Dominica. Angt (?) / Que commederam / Exodi. c. iii.